



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXIII. de delictis puerorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Item procuratores appellatur. Item procuratores  
culorum, quando alter alteri causam  
sui prodit, & cum vincere posset,  
se vinci & condemnari.

*l. i. §. 6. Ad  
SC. Turp.  
& l. 212.  
D. V. S.*

*Qua est poena colludentium seu prava-  
ricatorum?*

Jure civili poena est extraordinaria. Ac-  
tor convictus fit infamis, & ab accu-  
satione repellitur, Reoque absoluto per  
collusionem aut pravaricationem, potest  
in integro accusatio institui, & per judi-  
cem ex officio inquiri super eodem crimi-  
ne. Collusione super beneficio facta,  
illud fiat censuale seu pensioni subji-  
tum, ea conditione, ut per mortem alte-  
rius in collusorem transferatur, privatur  
que eodem beneficio, non quidem  
jure, sed per sententiam.

*l. 2. D. De  
Pravaric.  
l. 4. & 5.  
eod.  
c. 1. 2. & 4.  
b. 1.  
c. 3. b. 1.*

De Delictis Puerorum.

TIT. XXIII.

Abinde & in impuberibus delicta qua-  
dam deprehenduntur, veluti furta,  
mendacia, perjurium, homicidium,  
quibus plena esse dicitur puerilis aetas,  
quae non sunt omnino impune relin-  
quenda.

*c. 1. b. 1.*

*1. An*

*I. An ergo impubes ante decimum  
annum aetatis annum puniendus*

*S. in sum-  
ma pen.  
Instit. de  
oblig. qua  
ex del.  
nasc. d. c. 1.  
in fine.*

**O**Mnino; quatenus doli capax  
ob id intelligat aliquo modo  
quere. Qui tamen mitius puniendus  
quam puberes, quia aliquid indulgentiae  
aetati: ipsique impubes eo nomine  
veniri debent, non pater.

De Clerico venatore.

TIT. XXIV.

Sequitur deinceps de criminibus  
eorum propriis, quorum quaedam sunt  
omnium Clericorum communia,  
Venatio, Percussio & Maledictio.

*I. Cur Clericis interdicta  
Venatio?*

*lib. 1. Polit.* **Q**Via venatio est pars bellicae virtutis  
teste Aristotele. Jubentur  
*c. 1. § 2. b. t.* Clerici ab omni contentione & bellicae  
virtutis abstinere. Venationem intelligit  
tumultuosam & clamoriferam, quae fit cum  
vociferationibus, & aliis ejusmodi, quia per  
hanc cum statu & professione Clericorum  
quam proinde artem nequissimam, imo  
ipsam nequitiam vocat D. Augustinus.